

EPISTOLA

potuit istorum impudentia: quin
hiantiore veterē suam cantilenam
hodieque ingeminant, & notorias
suas fabellas, ceu crambem plus mil-
lies recoctā, Orbi Christiano etiam-
num apponere, & subdolē obtru-
dere, haud erubescunt. Patet illud
luce meridianā clarius, ex Scripto
illo Politico-Calvinittico, quod
haud ita pridem, Servestæ Anhalti-
norum impressum, sub confictio
Ant. Benbellonæ de Godentiis IC.
nomine, in lucem prodijt: cui titus
lus est: *Tempstivum suscitabu-
lum pro PRINCIPIBVS*: Scri-
ptum certē & professione & fide
Calvinianā longē dignissimum. Nā
Calvinianum, non verò Christia-
num hoc est principium: talem *αυ-
τονομίαν* & Religionis libertatem, in
S. Rom. Imperio non tam subditis
concedendam, quā statuendam
esse, quæ ad purioris Religionis pro-
fessionem, neminem quovis modo
cogat: quæ cuivis liberum relin-
quat credere, quicquid arrideat: quæ
paccm